

Cartulaire de l'Abbaye de Redon en Bretagne: [832–1124], Nr. 28

Haec carta indicat qualiter quedam venit religiosa femina Cleroc ad Conuuoionem abbatem, ad monachos qui sunt in monasterio rotonensi, deprecans eos ut susciperent hereditatem suam in elemosina aeterna, pro anima sua et parentum suorum, quod ita et fecerunt; tunc supradicta femina intravit, una cum populo et cum monachis, in aecclesia maiore, que appellatur Sancti Salvatoris, .VIII. kl. augusti, in .II. feria; et tunc tradidit totam hereditatem, coram testibus, Sancto Salvatori et suis monachis in Rotonon non habitantibus in Rotonon, id est, Ranliosoc et Ran-Penpont et Ranuinet-Mael, cum terris, silvis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus et immobilibus, cum omnibus apendiciis suis, ita tradidit Sancto Salvatori et suis monachis. Factum est mense iulio, in Rotonon monasterio, .VIII. ki. augusti, .II. feria, anno primo gubernante Salomone Britanniam post obitum Erispoe; isti sunt testes qui viderunt et audierunt: Anauhoiarn, presbyter, testis; Uuorgouan, testis; Uuiaouret, presbyter, testis; Simeon, abbas, testis; Cunan, clericus, testis; Uuoruuoion, testis; Urmie, testis; Iarncant, testis; Uurmhaellon, testis; Omnis, testis; Iarcun, testis: coram monachis rotonensibus numero.